

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

Valiero, Agostino

Coloniae, 1582

De probatione ab authoritate Ecclesiæ. Cap. XXXXIIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](#)

DE RHETORICA ECCLES.

enim est & rudium, ex prescripto solum agere. Hinc Hieremias propheta; Dabo, inquit, legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam; & sanctus Paulus ad Corinthios; Epistola estis Christi, administrata a nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Quare Saluator noster nihil eorum, quae fecit & docuit, scripsit; nec, quod legamus, scribendum quidquam praecepit; immo cum misit Apostolos ad praedicandum Euangelium, non dixit eis, Scribete: sed, Euntes praedicate Euangelium. quibus verbis Apostoli longe temporis spatio viua tantummodo voce Euangelium praedicauerunt; poste etiam literis consignauerunt. Quanta demum fides traditionibus sit adhibenda, cum ex ijs, quae hactenus dicta sunt, perspici potest, tum ex Cypriani verbis, qui ea de re scripsit in hunc modum: Ut par est Spiritui sancto & Christo authoritas, ita in suis institutis aqua est authoritas ei potestas: nec minus est, quod, dictante spiritu sancto, Apostoli tradiderunt, quam quod ipse tradidit.

De probatione ab authoritate Ecclesiæ.

Cap. XXXXIIII.

DE ECCLESIAE authoritate pluribus verbis & sapè dicet Ecclesiasticus orator, tu ut compareas authoritatē eius ministris Episcopis & sacerdotibus, qua maximē est necessaria; tum etiam magis ad consolāndos peccatores, qui saluanaui, quamvis maximis fluctibus agitata, adhuc non perierunt. Quare doceat Ecclesiam esse populum fidelem, per vniuersum orbem dispersum,

eam

stare: regnū cælorū, id est, militantem Ecclesiam, simile
esse sagenæ in mare missæ, cōmemoret; vel agro, in quo zi-
zania superseminata sunt; vel areæ, in qua frumentum cū
paleis cōtinetur; vel decē virginibus, partim fatus, par-
tim prudentibus: esse expressā in arca Noe, qua nō solūm
munda, sed etiam immunda animalia, concludebantur.
Hanc Christum sibi amicā, sororem, & sponsam vnicā
delegisse, multisq; & eximijs promissionibus ac beneficijs
illustrāsse, hanc constituisse domum suam, & voluisse esse
columnam & fundamentum veritatis, vt de illius doctrina
dubitare nunquā possemus; quia tanquam magistra,
custos, & interpres veritatis, fidem aique autoritatem
obtinet inuiolabilem: hanc deum Saluatorem nostrum
vrbi, supra montem positæ, comparasse, quæ ab omnibus
confisci & cognosci potest: atque cum ea omnibus diebus,
vsque ad consummationem seculi, se futurum promisisse;
vt tacitè admoneremur ei in omnibus esse parendum: &
quidquid illa tanquam fidei dogma tenet, verissimum esse;
nec quidquā falsum, quod aut credit, aut docet, esse cre-
dendum. Cū enim, vt ait Apostolus ad Ephesios, corpus
Christi sit Ecclesia, à suo certè capite mouetur et regitur;
ideò fateamur oportet, eam nullo vñquam tempore erra-
re posse, quia à Saluatore nostro, Ecclesia ministris dicta
sunt illa verba: Ego rogabo patrem, & aliū paracletum
dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternū, spiritum ve-
ritatis, quē vos cognoscetis, quia apud vos manebit. Qua
verba nè quis Apostolis tantum dicta esse posset existima-
re, addit, Non pro eis autem rogo tantum, sed pro eis, qui
credituri sunt per verbum eorum in me. Quarè nemo iu-
rè dubitabit, quin Ecclesia decretis & legibus tanta fides

F

sit ad-

fit adhibenda, quanta si ipsius Saluatoris nostri ore lata fuissent. Verum cum de Indulgentijs sermonem habebit ad populū Ecclesiasticus orator, eas esse thesauros, quos Christus sponsa sua Ecclesia donauit, demōstrabit. Nam ut merita Christi, cuius vna gutta sanguinis sufficiebat ad redimendos omnes Christianos, merita etiam sanctorum martyrum, & preces Ecclesiae in indulgentiarum thesauro, sunt recondita, valere plurimum ad leuandam pænā, cui obnoxij sumus, deleta iam culpa, quam indulgentissimus pater Deus peccatoribus remittit: dispensatorem huius thesauri, esse Christi vicarium; ab illo concedi solitas indulgentias ad gloriā Dei, & ad populorum salutem, ac excitandos homines ad egregium aliquod opus: neminem, qui mortali peccato sit contaminatus, & qui ea, quae sanctissimus pontifex iussit, non obseruauerit, tanti beneficij participem esse: Iubileum Plenariam Indulgētiā concedi, vt humanæ infirmitati succurratur, ad conseruandam reuerentiam erga sanctam Sedem Apostolicam, ad confirmādam fidem catholicā, & ad excitandam in animis hominum spem diuinæ misericordiae.

De probatiōe ab authoritate sedis Apostolice.

Cap. XXXV.

SEDIS Apostolice autoritas, hoc est, Romani Pontificis decretum satis est firmum argumentum ad faciendam fidem: nam ipse est Christi Vicarius, & legitimus successor Petri, eadem, quam Saluator noster Petro tribuit, non solum autoritatem & potestatem, sed etiam fidei firmitatem & stabilitatem habens; cum ea verba, Rogauit pro te Petre, ut non deficiat fides tua; & tu aliquan-